



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 75. Cardinalis Arelatensis Præses Basileensis Synodi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

est hæc epistola die 15. Martii Anno mil. Sæcul. XV.  
lesimo quadringentesimo trigesimo o- A.C.1438.  
ctavo.

§. LXXV.

*Cardinalis Arelatenensis Basileensis Sy-  
nodi Præses.*

Præallegatum responsum instigante A-  
relatenensi Cardinale confectum, ejus-  
que opera elaboratum fuit, qui idem Ju-  
liano Cardinale ad partes Eugenii re-  
deunte, ab iis, qui Basileæ perstiterant,  
Præses creatus fuerat. Vocabatur Ludo-  
vicus Alemanus (\*) Cardinalis tit. S.Cæ-  
ciliæ, vulgo dictus Cardinalis Arelaten-  
sis, nomine a sua Sede Archiepiscopali  
mutuato. Patrem nactus erat Joannem  
Alemanum, seu Alemandum Arbenæ, &  
Monginsonii Toparcham, ex quo primam  
lucem aspexit sub annum Domini mille-  
simum trecentesimum nonagesimum in  
castello Arbenensi, quod in agro Buge-  
siæ, seu Burgiæ prope Sabaudiam situm  
est. Renuntiabatur primum Canonicus,

&

---

(\*) Acta Patriciana Alemanum Basileensis  
coetus Præsidem aliud fuisse reputat ab illo  
Ludovico hujus responsonis Architecto, Proto-  
notario Rom. ac Alphonsi Arragonum Regis-  
tratore.

Sæcul. XV.  
A.C. 1438.

& Comes Ecclesiæ S. Joannis de Lugo-  
no, postea Abbas Tinurci ad Ararin, &  
piscopus Magalonæ, quæ hodie dum Mon-  
pessulana Sedes dicitur, & tandem ad A-  
reh episcopatum Arelatensem evictus est.  
Papa Martinus V. Anno salutis milles-  
imo quadringentesimo vigesimo secundo  
Ludovicum Senas Legatum misit, dat  
negotio, ut Urbis illius Proceres indu-  
ceret, quo Ticinensis Synodi transla-  
tionem ad ipsos faciendam gratam habereat.  
Paulo post decernente eodem Pontifice  
Bononiensi Legatione functus, Foro-  
lium, ac Forum Cornelii Romanæ urbes  
optimis legibus instruxit, ac disciplinam  
civilem feliciter restauravit. Postea Lu-  
dovicus III. Neapolis Rex, Provinciæ Co-  
mes tanti Viri, qui in universa Euro-  
pa longe celebratissimus erat, præsentia  
summam ditionibus suis prosperitatem  
accessisse ratus, ejusdem merita præmis  
compensare statuit; quapropter privi-  
legia a suis Prædecessoribus Arelaten-  
sii civitati liberaliter concessa, confirmavit.  
Nec minor erat Pontificis munificientia,  
qui Ludovicum Alemanum Anno mil-  
lesimo quadringentesimo vigesimo sexto  
Cardinalitia condecoravit purpura, &  
Ecclesiæ Romanæ Vice - Camerarium  
creavit. Martino V. fatis functo, ac e-  
mergente ob Synodi Basileensis trans-  
lationem dissidio ab Eugenio discessit, di-

ctumque

Lugd.  
arim, E.  
mMont-  
n ad Ar-  
ctus et.  
mille-  
secundo  
st, dab  
es indi-  
anslatio-  
aberent  
Pontifice  
Forojo-  
æ urbes  
ciplinam  
osteal  
incitæ Co-  
à Euro-  
ræfentia  
eritatem  
præmis  
privile-  
atenſi c-  
firmavit.  
ſificantia,  
anno mil-  
io sexto  
ura, &  
erarium  
o, ac e-  
s trans-  
eſſit, di-  
ſtumque

etumque Concilium auctoritate sua con- Sæcul. XV.  
tinuari voluit (\*). A.C.1438.

§. LXXVI.

*Congregatio Ferrariæ habita coram  
ipso Pontifice.*

Exinde cum Papa Eugenius die vigesima septima Januarii Ferrariam delatus esset, die octava Februarii habita est Congregatio, cui ipsemet Pontifex præfuit, assistantibus cunctis Cardinalibus, Episcopis, atque Doctoribus, in qua prolatis contra Basileenses querelis declaravit, se quidem innocentia sua sat tutum esse, nihilominus si vel ipse, vel sui cuiusdam criminis rei invenirentur, submittere se libenti animo Patrum correctioni; ceterum hortari se omnes, ut & ipsi sese prudentiæ laude ac morum probitate ad ceterorum exemplum commendabiles redderent. Die vero decima Februarii in alia Congregatione Generali coram Jordano Ursino Cardinale, quem Eugenius

(\*) Addit Spondanus ad hunc annum num.  
II. præcipuum fane illius Synodi column, abs-  
que cuius auctoritate post abſcessum omnium  
Cardinalium ac præcipitorum Antiftitum, reli-  
qua remanentium colluvies dissipata ac sponte  
dilapsa evanuiffet.